

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amor ai
cum fonte primo

Vehementer claudit oculum cordis amor priuatus
ex quo fit ut hoc quod agimus et graue esse
non estimamus, plerumque cum agatur a proximo
et nimis detestabile esse uideatur.

Gregorius super Ezechielem omelia II.

Et scimus quia
uehementer claudit oculum cordis amor priuatus.
Ex quo fit ut hoc quod nos agimus et graue esse
non existimamus, plerumque agatur a proximo
et nimis nobis detestabile esse uideatur.

Gregorius Magnus, *Homelie in Hiezechielem prophetam*, 1.4.9 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.54, ll.230-233).